



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Canonicatus ecclesiarum collegiatarum, quibus conferendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 19 *Et qua. Et cap. 4. de reform. sess. 22.* Beneficia regularia ¶ Episcopi conferre non possunt, quia regularia regularibus, & secularia secularibus sunt conferenda, *cap. cum causam, de elect. cap. cum de beneficio, de preb. in 6. Et cap. 10. de reform. sess. 14. etiam si clericis secularibus solita sint commendari, cap. 21. de reg. Et mon. sess. 25.* quod tamen raro, & maxima cum difficultate in curia conceditur, quod beneficia commendata ad regularitatem in titulum reducuntur.
- 20 Circa canonicatus ¶ in collegiata, si ordinem sacrum annexum habeant, ut de canonicatibus, & dignitatibus in cathedrali, est providendum, quare, si collatio sit facta minori, est nulla *Put. decis. 338. num. 3. Et 4. lib. 1.* In his autem, qui nullum ordinem sacrum annexum habent, quia de jure communi regulariter sufficiebat ætas quatuordecim annorum, etiam in cathedrali, & in collegiata, decem, *gloss. in c. si eo tempore, in verb. etatem, de rescript. in 6. Et in c. ex eod. in verb. in tua, de elect. eod. lib. Felyn. in cap. ex insinuatione. numer. 1. de si mon. Et Staph. de grat. expect. §. nona forma, num. 26.* de illis, uti de beneficijs simplicibus est judicandum, & sufficit ætas 14 annorum, quæ in simplicibus est limitata, *ut c. 6. de res. sess. 34.* cum circa canonicatus
- 21 ¶ in collegiatis nihil fuerit per sacrum concilium immutatum, adeo quod à juris communis dispositione, in reliquis non est recedendum, ut fuit à Papa Gregor. xij. declaratum, & restatur sacra congregatio concilij, *ut in decis. mihi sub numer. 837. Et in alia super d. cap. 12. de reform. sess. 24. sub tit. Taracinen.*
- 22 In legibus enim ¶ correctoriis non est licita extensio, *gloss. 2. in auth. quas actio-*
- nis, in verb. excluduntur, vers. item, an idem in civitate, & ibi Bart. n. 9. C. de sac. sanct. eccles. & gloss. in c. indemnitate, §. ceterum, in verb. confirmetur, in fin. de elect. in 6.* Quod tamen limitatur, nisi canonicatus in collegiata ordinem sacrum annexum habeat, quia tunc requiritur ætas, quam ordo requirit ex supra deductis.
- 23 Parochiales per obitum vacantes ¶ auctoritate ordinaria per concursum sunt conferendæ, quod etiam debet, quando vacant in mense Sedi Apostolicæ reservato, quo casu à Papa conferuntur, & examinandis concurrentibus ad beneficia
- 24 ¶ singulis annis in diocesana synodo Episcopus, vel ejus vicarius ad minus sex examinatores magistros, seu doctores, aut licentiatos in Theologia, vel jure canonico etiam regulares, aut qui ad id magis idonei videbuntur, ab eadem synodo approbandos, proponere debet, qui ad sancta Dei Evangelia curate tenentur, quacunque humana affectione postposita, se fideliter munus exequenturos.
- 25 Nec quidquam ¶ occasione examinis ante, vel post accipere possunt, alioquin, tam dantes, quam recipientes, simoniæ vitium incurrunt, *concil. Tridentin. cap. 18. §. examinatores, de reform. sess. 24.* si verò quotannis synodus non fiat, examinatores semel deputati munus suum debent exercere; donec synodus habeatur, *congreg. conc. super eod. cap. 17. in decis. sub. tit. Mediolanen.* Et Clemens Papa viij. decrevit, in futurum observari, quando omnes examinatores synodales intra annum eorum deputationis, mortui fuerint, nempe, ut Episcopus, ex examinatorebus antiquis synodalibus, si fuerint, subroget alios non pauciores numero sex, & si non